

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 15 : De Gratiis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[45\] : De Gratiis](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 15 : De Gratiis](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 16 : Des Graces](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 15 : Des Graces](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 15 : De Gratiis, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/849>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination128v°-129v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Grâces](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia.

nes, quæ ab hominibus dignitatis suæ oblitis committuntur; cum illud potius ad diuinorum consiliorum mirabilitatem spectet, ad quæ cognoscenda cæcum est & infans prosus humanum genus, cum nulla via humani ingenii possit rationem diuinæ administrationis percipere. Si cæcitas illa ad libidines hominum transferatur, quo pacto non rectissime excogitata est? aut quo pacto non paruus infans is est existimandus, qui neg' edo consilio, rationeque, & gloriæ splendore, omnium iniquitatum & turpitudinum autorem se fecit? aut qui omisis rebus diuinis, & legibus naturæ posthabitis ad impuras voluptates stultè feratur, non'ne & illutus & infans est existimandus? Idem Deus nudus fingebatur, ad explicandam turpitudinem libidinosorum: quod tamen ad res diuiniore tranllatum immensam summi Dei liberalitatem & munificentiam significat, quia sine furo & fallaciis mens diuina prouidet rebus humanis, cum nihil omnino inde expectet se commodi relaturam. Cum igitur Cupidinem diuinitus in res humanas transfundi putarunt, merito optimum & pulcherrimum Deum esse dixerunt, quem ab hominum cupiditatibus secernentes cælestem Cupidinem appellant. Atqui in parte animi nostri rationis ex parte sit, cur nō erit potius Furor & Insania quàm Deus vocandus? at nunc de Gratiis dicamus.

20

De gratiis.

Cap. XV.

Gratia, quæ vocatur sunt à Latinis, à Græcis χάρις, aliorum parentum filia ab aliis scriptoribus creditur sunt. Hesiod. in Theog. illas ex Eurynome Oceani filia & è Ioue natas esse tradidit in his verbis.

Τρεῖς δ' αἱ Εὐρυνόμῃ χάριτες τῆς καλλιστάτης
Ἰουῆς κούρη· πολλὰ γὰρ αἱ εἰσι χάρμεν,
Ἀγλαΐην, καὶ Εὐφροσύνην, καὶ Θάλειαν ἱερὰν ἄνθη.

Tres tibi & Eurynome Charitas parit, edita magno
Oceano forma præstanti & corpore Nympha.

30

Euphrosynen, atque Aglaïam, Thaliāq; decoram.

Orpheus vero in hymno quodam in laudem Charitum composito non Eury-
nomes, sed Eponymia & Iouis filias esse ait in his;

Διὸς γὰρ αἱ χάριτες μετ' αὐτοῦσι, ὡς ἀδελφαί·
Θυγατέρες Ἰουῆς, καὶ ἐκ γυναικὸς βοήκεϊσιν.
Ἀγλαΐη, καὶ Εὐφροσύνη, καὶ ὡς φρεσὶν ἀνθρώπων
Χαρομένην εἰσὶν ἔσθαι.

Huc agite o Charites celebres, veneranda propago;
De Ioue prognatæ, Eunomiaq; parentibus olim.
Aglaia, Euphrosynēq; Thaliaq; splendida; claræ
Leritæ matres.

40

Alii Iouis & Autonoes illas filias esse tradiderunt, nominaruntq; Pasychē, Euphrosynen, & Aegialen. Antimachus antiquissimus poeta illas Aegles & Solis filias esse censuit. Has alii duas tantum putarunt, Clitan & Phenam. Alii Auxō & Hegomonen, ut ait Paus. in Bæoticis. Fuit Suadela etiam à nōnullis inter Gratiis numerata. At cōmuniōr tamen fuit sententia q' tres fuerint, ut in eo versu testatur Meleager;

τρεῖς αἱ μὲν χάριτες, τρεῖς δ' αὖ Λοκὸν ἀφ' ὧν αἱ.

Sunt triplices Charites, tres Horæ; castæ & virgines.

Inu-

Iunguntur vnâ ferè semper à poetis, vt iunxit Hora. in quarto Carminum;
cum Horas Nymphas appellet;

Gratia cum nymphis, geminisq; sororibus audec
Ducere nuda choros.

Harum vnâ cæteris sororibus iuniorem Aglaïam vulcani aiunt fuisse vxo-
rem, vt eo versu indicatur;

Ἀγλαΐα δὲ ἡ νεώτερη τῶν ὁριζίων.

Aglaïam facit vxorem Vulcanus at ipsam.

Omnes tamen scriptores Veneris assecclas putarunt Gratias, quarum de ha-
bitu non parua fuit disputatio: siquidem alii nudas esse, alii indutas fuisse
vulnerunt. Paus. in Exoticis gratias antiquitus tam à sculptoribus quàm à
pictoribus, & à poetis cum vestibus introductas fuisse testatur; quarum ar-
tífices Pythagoras Parius, & Bupalus, & Apelles extitere; & Socrates So-
phronisci illas indutas in vestibulo arcis Atheniensium collocauit. His co-
mas pulchras tribuerunt antiqui, vt in hoc carmine testatur Homerus in
hymno in Apollinem;

Ἀντὶ τοῦ ἀλόκαυτοι χαρμεῖς, καὶ ὑψηλοὶ ὄρηται.

Pulchricomæ Charites, & lætæ protinus Horæ.

Horatius præterea libro primo carminum illas soluisse zonas inquit, cum
frustra zona sine vestimentis portari soleat, quæ cingulum est vestium, cum
inquit;

Fernidus tecum puer & solutis

Gratiæ zonis, properentque Nymphæ.

Illæ igitur cum vestibus operirentur antiquitus, vel quia turpe esset aspectu
nudas mulieres sine vestibus conspici, vel quia brumæ frigora formidarent,
vel quia inciderunt in recentiores tanquam in latrones, à quibus spolia-
tæ sint: aufugere denique ex orbe terrarum sunt coactæ, vt præclare inquit
ille poeta;

ἔχοντες μὲν πόλιν ποσειδάωνος, ἔχοντες ἀλλοτρῴων.

Ἐκπορεύουσι, χερσὶν αὖτ' ἀφ' ἑλπίων ἰσχυροῦ.

Ipsa Fides periit magnus Deus, ipsa virorum

Et Probitas: terram diffugiunt Charites.

Primus omnium mortalium Gratiis templum erexit Eteocles quidam Rex
Orchomeniorum; nam sæpius ad Orchomenios has locum ire solitas ad fon-
tem Acidalium dixerunt antiqui, vt testis est Strabo libro 9. atque de Gra-
tiis hætenus fabulose. Dicuntur Gratiæ filix esse Iouis & Eurynomes, quod
nihil aliud significat, quàm fertilitatem agrorum, frugumque abundantiam;
nam εὐρύνομαι latè significat, at εὐρύνομαι legem. hæc nimirum agrorum vbertas nõ nisi
pacis beneficio prouenit, quod ipsum significat etiam Eunomia. vbi enim
leges & æquitas dominantur, cessatq; vis, & latrocinia, & direptiones alie-
narum rerum, tunc agri rident, domus lætantur, templa Deorum immorta-
lium iucunda sunt, omnibusq; rebus ornamentum accedit. hoc tamen mu-
nus non est solius Eurynomes, aut Eunomiæ, aut Autonoes, quod nomen
prudentiam significat; sed etiam Iouis, nam humanæ facultates nullæ suffi-
ciunt ad Gratiarum procreationem, cum diuina elementia opus sit, & aeris
temperie optimè affecti. Id enim senserunt illi, qui Solis & Aegles Gratias
filias putarunt, cum nihil sine diuina bonitate, Solisque calore nasci posse
crediderint. Est enim profectò Sol omnium elementorum gubernator, è cu-

Kk ius

Mythologia.

- ius vi radiorum vbertas agrorum & omnium rerum nitor exoritur. sunt illæ tres sorores creditæ, quia triplex est utilitas agriculturæ, è cultu agrorum scilicet, arborum, & animalium; quare illa nomina merito data sunt Gratiis. Est enim *Θάλαα* amæna arborum pullulatio, quippe cum *Θάλαα* pullulare significet, unde Thalia ducta est. Aglaia splendor est, & Euphrosyne lætitia, quæ ex agrorum cultu & vbertate dominum afficit. Hanc Aglaiam Vulcani uxorem dixerunt, quia splendor etiam sit e singulis artibus proveniens. alii Pasitheim unam Gratiarum pro Aglaia esse dixerunt, quod ad gregis aut iumentorum huc illuc cursitantium lætitiâ spectat; nam *Πασίτη* currere significat *πασίτη* quoniam. Illæ dictæ sunt beneficiorum Dææ, quoniam sine fertilitate agrorum nemo dives, nemo munificus esse potest. Dux illarum nos respiciunt, cum una avertatur, quia multiplex est messis & terræ liberalitas, quæ tantum frugum aceruum pro exiguo seminum cumulo red diderit, si coeli clementia ita patiatur. Neque placet illorum sententia, qui dicunt pro acceptis beneficiis duplicem gratiam referre convenire; quoniâ viri boni multiplicem referunt: at mali non modo nullam, sed iniurias plerunque pro acceptis beneficiis facessunt, quidam enim cum gratias referre nolunt, tum demum se liberos fore arbitratur, si aliquam iræ simulationem inueniant, atque is non vir bonus plane est, sed gratiarum venditor & mercator, qui facit beneficium ut duplex referat. Has virgines putant, quia honestissimum est lucrum è rebus prædictis, neque tamen nudas omnino illas esse cõcesserim, quia nemo nisi insanus, aut Deus optimus & omnium pater nulla spe oblatâ est munificus. nam quæ in Deo laudabilis est munificentia & liberalitas, illa stultitia est in homine, nisi cum prudentia fuerit coniuncta. vocatæ postea sunt Charites non solum illæ superiores, sed omnia, quæ iucunda viderentur, gratias continere, quasi lætitiâ dicta sunt; ut in his inquit Musæus;

Πολλὰ δ' ἐκ πολλῶν χάριτες ἴεν, οἷδ' ἀγλαίῃ
τρεῖς χάριτες φέροντες περικλυταί. ἢ τί τις ἄρτι
ἐφάλασσε γαλῶν, ἰαυτὸν χάριτασι τ' ἔδωκε.

- 30
Tres charites prisce falso dixere; fluebant
Nam charites plures è membris: unus ocellus
Ridens florebat centum, vel pluribus, Herus.

Quid igitur sibi per Gratiarum inventionem voluerunt antiqui? homines ad pacem & ad probitatem hortabantur, quoniam ex his, per divinam bonitatem, quæ semper viris bonis est propensa, omnia commoda, omnes divitiæ, omnis tranquillitas in humanum genus manaret. atque ita homines ad studium honestissimum agriculturæ hortabantur. Verum cum iniuriæ & avaricia omnia recta consilia subvertissent, omnemque vitæ tranquillitatem, & agriculturæ studium profanassent, has terram reliquisse inquit poetæ; quas cum ad privata negotia quidam detorsissent, spoliarunt, nudas ostenderunt, multisque iniuriis affecerunt, & ridicula quædam de illis cõfinxerunt, quæ illis explanâda relinquimus. nunc verò dicamus de Horis.

De Horis. Cap. X V I.

DE Horarum parentibus & nominibus, nulla est dubitatio, aut certe perexigua; cum omnes propè scriptores consentiant illas è Iove & Themide